

Populus intelligat, dignas suis excessibus pœnas hujusmodi reis dari.

De Indis §. II.

Indos Episcopi, & Laici Governatores protegant.

**N**IHIL magis eorum curæ a Deo commissum est, ut Episcopi, & Governatores harum Provinciarum, & Regnorum existimare deberent, quam ut Indos recens in Fide natos, intimo animi affectu, visceribusque paternis protegerent, atque defenderent, corporalibus, & spiritualibus eorum commodis consulentes. Indorum enim innata mansuetudo, summissio, & assiduis labor, quibus Hispanorum utilitati deserviant, cujuscumque esset gentis animos inducerent, ut eorum potius defensionem susciperent, miseris compaterentur, quam, ut eos molestis, injurijs, violentijsque illatis, quibus quotidie ab omni hominum genere diu vexantur, afficerent. Quod perpendens hæc Synodus, dolensque vehementer in his pietatem, & humanitatem non esse, in quibus maxima esse deberet; quantum potest in Domino cohortatur, Governatores, & Magistratus regio hujus Provincie, ut cum miserabilibus Indis pie, benigneque agant, Ministrorum suorum, & eorum, a quibus Indi molestis, & gravaminibus afficiuntur, insolentiam repriment, ut ab his Indi non servi, sed liberi existimantur. Quoniam vero ad hujus Synodi notitiam varia gravaminum genera pervenerunt, quibus Indi, tam in bonis, quam in proprijs Personis afficiuntur; hæc declarantur, & exponuntur in directorio Confessorum ab hac Synodo approbato, eademque nota sunt tam Magistratibus, ut in posterum emendentur, &

Vi.

Limensis 2. cap. 123. & 3. ad. 3. c. 3.

Tx. in cap. 1. cum tribus seq. 87. d. & in cap. Administratores 23. q. 5. facit ix. in authentico, ut differentes Indi. §. final col. lat. 9.

Tx. in extravag. 2. de Judicis. Joannis 22. & in extravag. communium late de multis prerogativis, & privilegijs concessis Neophilis, & noviter ad Fidei conversis. Essco. 1129. Pauli III. Bulla Pauli P. III. lata Romæ nonis Jun. 1537. & vide Josephi de Acosta lib. 3. de procuradadorum salute c. 17.

de Injurijs, & damno dato.

Viros doctos consulant, ab eisque de restitutione, & satisfactione ob damna hactenus illata Indis in foro conscientie facienda, sciscitentur, quam confessarijs, ut quos contumaces invenerint, seque emendare nolentes, nec satisfactionem, ut decet facere, minime absolvant, observantes ea, quæ de damnis, & molestijs Indis illatis, directorium hujusmodi docet, in quibus omnibus adimplendis hæc Synodus conscientias onerat, prævaricatoribusque hujusmodi iram Omnipotentis Dei in die tremendi Judicij minatur.

Conc. Limon. 2. c. 122. 123. & 125. & 129.

## TITULUS IX.

De Pœnis.

§. I.

Indi nullis, seu pecuniarijs pœnis non puniendi, nisi de Episcopi licentia.

**P**ŒNÆ ad coercendas culpas legibus statuta sunt, ideoque Personis, de quibus leges loquuntur, accommodari debent. Quare hæc Synodus paupertate, & pusillanimitate Indorum attentata, juxta id, quod per Regiam Majestatem statutum est, præcipit, ne Indis pœnæ pecuniariæ, ob quodcumque delictum imponantur, nec pecuniarijs pœnis, his Decretis contentis, Indis comprehendendi intelligantur. Quod si in casu aliquo Judici videretur pœnam hujusmodi omni alia ad excessus sui remedium alicui convenientiorem esse, eam ne imponat sine Episcopi facultate, & cum maximo moderamine, Ecclesieque, cujus Indus Parochialis est,

Mex. 1. c. 98. §. 1. & Limens. 3. ad. 4. c. 29.

Kkkk 2

taq.



luti pro limitibus, finibus, aut metis, pro jure pascendi, sciendendi, aut venandi, alijsve rebus similibus, quæ aliter de jure decerni possunt, ne concedantur.

## §. II.

*Excommunicationes hujusmodi non, nisi ab Episcopo, fulminentur.*

**P**orro statuitur, ac jubetur, ne Excommunicationes hujusmodi pro rebus furtivis, vel ad effectum revelationis ab alio, quam ab Episcopo, ut Concilio Tridentino constitutum est, decernantur, & tunc non alias, quam causa diligenter, & mature per Episcopum examinata, sub pœna pondo triginta fabricæ Ecclesiæ, accusatori, & pijs operibus applicandorum. Quam pœnam incurrat Judex Ecclesiasticus, qui id propria autoritate effecerit (non obstante quacumque in contrarium consuetudine) nullatenus autem censuræ hujusmodi, aut aliæ citationes in albo expendantur, ut fraudes, & falsitates, quæ inde ortum habere possunt, omnino vitentur.

## §. III.

*Excommunicatorum vitandorum nomina in tabella ad fores Ecclesiæ appensa inscribantur.*

**U**t excommunicati ab alijs fidelibus evitentur, & hoc modo incitati, quam primum sibi remedium quærant, & a pessimo statu, in quo versantur liberari procurent, statuit, ac mandat hæc Synodus, ut in unaquaque Parochia in loco publico, ubi legi possit, tabella una collocetur, quæ nomina scripta continet eorum, qui in tali Parochia excommuni-

ca-

*Sess. 23. c. 3.  
Mitan. 4. 3. p.  
tit. de foro Episcop. verb. Choro  
ro vers. ibi (neque  
vero ius Vicario etiam Ge-  
nerali) & Syn.  
de Osma tit. 3.  
const. 1. § 23 &  
Prov. de Quir.  
ad. 3. c. 4.  
Granat. tit. de  
sent. excommun.  
num. 6.*

*Granat. tit. de  
sent. excommun.  
n. 3. & Synod.  
de Quir. c. 18.*

cati sunt. Parochi vero, aut Sacristæ singulis Dominicis diebus infra Missarum sollempnia, tempore Offertorii excommunicatos hujusmodi denuntient, aliter, quoties in hoc negligenter egerint, pondo dimidium fabricæ Ecclesiæ perfolvant. In reliquis vero Ecclesijs, & Monasterijs hoc item annuntiari curent, ut ubique noti fiant, & a Divinis Officijs arceantur.

## §. IV.

*Pœna Clerici in Excommunicatione, aut suspensione permanentis.*

**Q**uia vero nonnulli adeo obstinato animo sunt, ut spirituale detrimentum contempnent, per multum tempus in Excommunicatione, aut in alijs Ecclesiasticis censuris infordeant, statuit, ac præcipit hæc Synodus, ut si aliquis Clericus per decem dies excommunicatus, aut suspensus manserit, pondo duo perfolvat, si per viginti dies, pondo quatuor, si per mensem, pondo sex, sicque cum tempore contumaciæ, pœna etiam accrescat. Quæ quidem multa fabricæ Ecclesiæ, & executori æque applicentur. Hoc tamen declaratur, ne scilicet per totum tempus prædictum excommunicatus Clericus hujusmodi fructus, & obventiones beneficij ab eo obtenti lucratur. Si vero per annum censura innodatus perseveraverit, carcere includetur, & contra eum, usque ad beneficij privationem procedetur, & alijs etiam pœnis plectetur, quas Episcopus judicaverit.

## §. V.

*Laicorum in censura infordescensium pœna.*

**S**i vero aliquis secularis in Excommunicatione per mensem, aut per majus temporis spatium, post

Nona

quam

*Eorum nomi-  
na singulis Do-  
minicis legatur.*

*Granat. tit. de  
sent. excommun.  
n. 1. & Synod.  
de Quir. c. 18.*

*Quid si per annu-  
m infordeat?*

*Lex Reg. 1. tit.  
5. lib. 8. recopit.  
& Syn. de Quir.  
const. 19. ad fin.*



*Quinam in hisce poenis comprehendantur?*  
**D**eclaratur quoque non solum illum, qui in eadem domo cum concubina cohabitaverit, poena in concubinariorum statuta comprehendi, sed etiam quemcumque in peccato huiusmodi constitutum, si delictum juxta formam juris probari possit. In quo Episcopi, & Ecclesiastici Judices omni christiana prudentia se gerant, pro ut rei ratio postulat.

## §. IV.

*Pœne in lenones statuuntur.*

**D**iligenter cavendum est, ut a Populo Christiano, tanquam a messe zizaniarum lenonum, & lenarum pettis extirpetur, qui tanquam laquei quidam diaboli hominum animas illaqueant in interitum. Idcirco jubetur, ut si quisquam in hoc pernicioso delicto fuerit primo deprehensus, publicam penitentiam faciat, & in scala ad portam Ecclesiae mytra in ignominiam capiti imposita, tamdiu, quamdiu Episcopo videbitur, stet: si secundo, publice verberibus percutiatur, mytramque in signum publice ignominiae gestet; Episcopique arbitrarij in exilium mittatur.

## §. V.

*Clericorum concubinariorum poene.*

**P**erpendens hæc Synodus gravius, turpius, & pernitiosius esse in Ecclesiasticis, quam in Secularibus, incontinentiæ vitium, cupiensque, ut illi non solum ab omni vitæ inhonestate abhorreant, sed ab omni periculo, & suspitione impudicitiae alieni ad eam, quam decet, continentiam, ac vitæ integritatem re-

voentur, ex Decreto Concilij Tridentini statuit, ac præcipit, ne ullus Clericus Sacro Ordine initiatus, cujuscumque qualitatis existat, in domo, aut extra domum concubinam tenere audeat, nec similia mulierum domos frequentet, aut cum ipsis consuetudinem habeat. Quod si aliqui primo a superioribus moniti, ab his non abstulerint, si beneficia Ecclesiastica obtinent, fructuum, & proventuum beneficiorum suorum tertia parte, ipso facto, privati sint. Qui fructus fabricæ Ecclesiae, aut alij pio loco arbitrarij Episcopi applicentur; si vero secundo admoniti, in eodem delicto cum eadem, vel cum alia femina perseverantes adhuc non paruerint, non tantum fructus, & obventiones suorum beneficiorum amittant, qui prædictis locis applicentur; sed etiam a beneficiorum ipsorum administratione (quoad Ordinarius etiam, uti Sedis Apostolicæ delegatus arbitrabitur) suspendantur. Quod si ita suspensi, nihilominus eas non expellant, aut cum ijs etiam versentur, tunc beneficijs, ac officijs, & pensionibus quibuscumque, honoribus, & dignitatibus Ecclesiasticis perpetuo priventur, atque inhabiles, ac indigni his, & quibuscumque in posterum reddantur, donec post manifestam vitæ emendationem, ab eorum superioribus cum ijs ex causa fuerit dispensandum; sed si, postquam eas semel dimiserint, intermissum consortium repetere, aut alias huiusmodi scandalosas mulieres sibi adungere ausi fuerint, præter prædictas poenas, Excommunicationis gladio plectantur. Nec quævis appellatio, aut exemptio hujus Decreti executionem impediat, aut suspendat. Nomine vero be-

Sess. 25. c. 14.

Mexic. 1. c. 51.

§. 1. 2. &amp; 4. &amp;

Guadix tit. 5.

conf. 13. Synod.

de Quir. conf.

38. &amp; Limen. 3.

art. 3. c. 19.

*Quid si beneficia habeant?*

Sess. 25. c. 14.

Mexic. 1. c. 51.

§. 1. 2. &amp; 4. &amp;

Guadix tit. 5.

conf. 13. Synod.

de Quir. conf.

38. &amp; Limen. 3.

art. 3. c. 19.



Limf. 3. ad. 3.  
c. 19. ad finem.  
2. dicit alio d.  
hanc. 2. d. hanc  
hanc. 2. d. hanc  
2. dicit alio d.  
2. dicit alio d.

neficiorum, de quibus Decretum hoc mentionem facit, quamcumque Indorum administrationem, a Clericis obtentam comprehendi, hæc Synodus declarat.

## §. VI.

*Quid si non habeant beneficia?*

Clerici vero hoc peccato delinquentes, qui beneficia Ecclesiastica, aut pensionem non habent, juxta delicti, & contumaciæ perseverantiam, & qualitatem ab ipso Episcopo carceris poena, suspensione ab Ordine, ac inhabilitate ad beneficia obtinenda, alijsve modis juxta Sacros Canones puniuntur.

## §. VII.

*De Clericis in adulterio deprehensis.*

Quoniam vero aliqui cum mulieribus conjugatis in concubinato versantur, ut liberius in suo nefario scelere perseverent, existimantes contra se minime procedendum, ne simillium feminarum adulterium in apertum proferatur, hæc Synodus statuit, ac præcipit, ut quando maritus ejus, quæ in concubinato cum Clerico versatur, confcius delicti fuerit, ad punitionem delicti, sicut in alijs concubinitibus fit, procedatur. Quando vero crimen uxoris ad mariti notitiam minime venisse comperitur, juxta Concilij Tridentini Decretum jubetur, ut, si delictum publicum sit, & delinquentes ter admoniti ea de re se non emendaverint, ad puniendum delictum procedatur, ea tamen adhibita cautela, ne nomen conjugatæ mulieris in processu evulgetur ad evitandum damnum, quod inde ortum habere posset. In modo autem procedendi in casibus similibus, is ordo ser-

va-

Sess. 24. c. 8.  
Mex. 1. c. 81. &  
vide supra §. 1.

vabitur, qui Ordinarij arbitratu magis expedire videbitur. Ejus enim prudentia erit, vitia cõercere, & ita de remedio in delictis providere, ut nullum inde nascatur incommõdum.

## §. VIII.

*Quid si cum suo mancipio?*

Porro, si Clericus (quod absit) incontinenter vixisse cum sua serva comperiat, eum ipso facto amisisse dominium ejus servæ hæc Synodus declarat, de cujus servæ pretio Episcopus disponat in usus piorum operum. Ac præterea jubetur Clericus puniri juxta juris rigorem; si vero ex ea filijs procreaverit, ipso facto ab omni servitute liberi sint.

## §. IX.

*Quid si cum famulis?*

UT aliquorum Clericorum malitiæ occurratur, qui, ut cum famulabus incontinenter convivant, eas suis famulis, aut alijs in uxorem dant, qui in eodem delicto easdem versari patiantur, hisque fallacijs sua flagitia occultare contendunt, præcipit hæc Synodus, ne Clerici in suis domibus famulas prædictas tenere possint, aliter ducentorū pondo poenam incurrant, pijs operibus, accusatori, & Justitiæ sumptibus æque applicandorum. Si vero in contumacia delicti perseveraverint, privatione etiam beneficiorum, & inhabilitate ad ea obtinendum, necnon exilio ad arbitrium Episcopi plectantur. Quo vero Clerici omnem incontinentiæ suspicionem effugiant, interdicit hæc Synodus, ne Clerici, maxime illi, qui

Mmm in.

Mex. 1. c. 51.  
§. 3.

Lex Reg. 3. tit.  
19. lib. 8. recap.



Mexic. 1. c. 51.  
cum §. 1. & Li-  
menſe 3. ad. 3.  
c. 19. ad finem.

in oppidis Indorum commorantur, feminam aliquam suspectæ ætatis in famulatum adhibeant, nec per diuturnum tempus, nec per menses, nec per hebdomadas, sed ad id, vel viri alicujus servitute, vel feminæ in ea ætate constitutæ utantur, de qua nulla possit haberi suspicio. Clerici itidem, qui ex suis regionibus, aut aliunde pro gerendis negotijs ad Civitatem diverterint, honestas domos, & minime suspectas sibi in hospitium quærant, in eisque commorentur, aliter ab Ordinario punientur, cujus rei executio eidem valde commendatur.

## §. X.

Ne Clerici filiorum suorum Baptismo, Nuptijs, &c. interſint, si legitimi non sint.

Conc. Lateranense sub Leone X. Sess. 11.

Mexic. 1. c. 51.  
§. 5. & Guadix tit. 5. const. 21.  
& Tolet. ad. 3. c. 19. ad finem,  
& Granat. tit. de filijs Presbiterorum, & Synod. de Osmat. tit. 8. const. 1. §. 9.

UT omnis a Populo auferatur occasio, omneque in eo vestigium deleatur, quibus Sacerdotum fama ullatenus maculari possit, statuit hæc Synodus, ac præcipit, ne ullus Clericus cujuscumque status, aut conditionis existat, præſens interſit Baptismo, Nuptijs, Missæ novæ, aut exequijs sui filij, vel filiæ, aut sui Nepotis, qui non ex legitimo nati sunt Matrimonio, nec educare, aut in suis domibus eos, nec etiam suos generos tenere possit, neque eos sibi in comitatu adhibere. Præſertim verò in Ecclesia, ubi Beneficia, seu Præbenda obtinet, eos minime teneat in grave aliorum scandalum. Quotiescumque vero secus fecerit, triginta pondo persolvat, eaque sumptibus Justitiæ, accusatori, & Judici, si accusator desit, æquis partibus applicentur: Episcopis vero, & Judicibus Ecclesiasticis valde commendatur, omnia adimplere, quæ contra filios Clericorum Concilium Tridentinum decrevit.

Sess. 25. c. 15.

TI.

## TITULUS XI.

## De Sententia Excommunicationis.

## §. I.

Pro rebus exigui valoris furto sublati Excommunicationes ne decernantur.

CUM Excommunicationis sententia, pœna valde gravis sit, & gladius salutaris, quo Ecclesia utitur, ut Fideles in officio contineantur, & a vitijs revocentur, levi de causa exercendus non est, ne magis contemni, quam formidari videatur. Quapropter ex Decreto Concilij Tridentini præcipit hæc Synodus, ne Excommunicationes pro rebus furto subtractis decernantur, si res illæ ablatae quinquaginta pondo valorem non attingunt, de quo valore per informationem, aut juramentum partium constet, necnon alijs adhibitis diligentijs arbitratu Episcopi sufficientibus, quibus non obstantibus, res hujusmodi recuperari minime potuerunt, & non aliter. Excommunicationes etiam ad effectum manifestandi rem aliquam occultam, nisi in re gravi, & magni momenti, quæ præſtitis omnibus diligentijs aliter revelari non potest, minime concedantur. Quod si Excommunicationes hujusmodi petantur lite aliqua inchoata, vel ad testes, vel ad alicujus rei ad litem spectantis declarationem, nisi citata parte minime concedantur, quibus illi solummodo ligentur; qui in favorem ejus, ad cujus instantiam excommunicatio decreta est, aliquid noverint, præterea pro rebus in facto consistentibus, & permanentibus, ve-

Sess. 25. c. 3.  
de reform.

Mexic. 1. c. 14.  
Synod. de Quir. const. 21. & Concil. Milan. 4. 3. p. titul. de foro Episcopali.

Granat. titul. de sent. excommuni. n. 6. 7. 8.

Mmm2

lu.



tantummodo, & non alteri multa hujusmodi applicetur, sin minus Judex tantumdem fabricæ ejus Ecclesiæ persolvat, cui poena erat applicanda.

## §. II.

*Pœna in Clericos stabilita ne a socijs condonetur.*

Tolet. adion. 3.  
6. 20.

**Q**uando Episcopus, aut alius Judex in poenam delicti Clericum in aliqua parte distributionum quotidianarum condemnaverit, ne hujusmodi condemnatio frustratoria sit, præcipitur, ut alij Præbendati delinquenti remittere non possint, nec ei condonare quod ratione sententiæ contra eum lata amisit, ut titulo de Beneficiatis, & eorum officio habetur.

## §. III.

*Parochi Regulares poena pecuniaria non plectendi.*

**P**orro declaratur, & exponitur, ut quandocumque in Decretis hujus Concilij de Curatis Secularibus, & Regularibus mentio fit, & poena aliqua imponitur, eam tantummodo incurrere Seculares Curati intelligantur; nam Curati Regulares, ex Decreto Concilij Tridentini, cujus executio valde Episcopis commendatur, corrigi debent.

Sess. 25. c. 11.  
de regularibus.

## TITULUS X.

De Concubinato, & poenis concubinariorum, & lenonum.

## §. I.

*Concubinarij publici severe puniantur.*

Mex. v. c. 43. &  
Guadix titul. 5.  
cons. 19. & 20.

**G**RAVE eorum scelus est, qui cum scandalo Populi publice in concubinato vivunt; gravif.

vissimum vero eorum, qui cum conjuncti sint Matrimonio, Sacramento injuriam irrogantes, Fidemque violantes, quam conjuges invicem servare debent, in hoc nequissimo vitio versantur. Eamque ob causam Sacrosanctum Tridentinum Concilium severe contra hos procedendum jussit. In cujus executionem statuit, ac mandat hæc Synodus, ut Judices Ecclesiastici diligentissime inquirent, an aliqui publice in hoc statu vivant, contra eosque poenas a jure statutas exequantur, eosdem aggravantes ratione contumaciæ, reincidentiae, & gravitatis culpæ, & reorum, ita ut a pessimo hujusmodi statu desistant, & a periculo animarum, in quo sunt constituti, recedant. Quod si femina, quæ in hoc statu vivit, conjugata sit, & postquam ter fuerit admonita, non obedierit, graviter pro ratione culpæ puniatur, ab eoque oppido, aut Diocesi, si Episcopo visum fuerit, invocato ad id (si opus fuerit) brachio seculari, ut est a Concilio Tridentino dispositum, amoveatur. Quod si ij, qui in concubinato degunt, ambo solvi sint, ultra poenas a jure statutas, alijs arbitrato Episcopi cœrceantur.

Etiã, & adulteri.

Sess. 24. c. 8.

Lex Reg. 1. 2.  
3. & 5. tituli de  
los amancebados  
lib. 8. recopil.

Mexic. 1. c. 81.

Sess. 24. c. 8.

## §. II.

*Qui cum consanguinea, aut infideli concubinatum gerit, ipso facto excommunicetur.*

**P**RÆCIPITUR quoque, ut, si aliquis in concubinato cum consanguinea intra quartum gradum, aut cum infideli versetur, poenam Excommunicationis latae sententiæ incurrat, & ab Episcopo pro qualitate delicti puniatur.

Mexic. 1. c. 43.  
Luvat ix. in c.  
cum secundi leges  
de hereticis  
lib. 6. & lex 7.  
tit. 20. lib. 8. recopil.



quam ei fuerit notificata, inforduerit, pœnas a jure statutas incurrat; si vero per annum in dicta Excommunicatione perseveraverit, in eum tanquam de hæresi suspectum ex Decreto Concilij procedatur.

Seff. 25. c. 3. de reform.

Mexic. 1. c. 13. Synod. de Quir. const. 20.

§. VI.  
*Parochis facultas conceditur absolvendi ab Excommunicatione pro furtivis rebus.*

**C**Uplens hæc Synodus, ut nullus in Excommunicationis statu perseveret, vidensque ex eo aliquos in eo permanere, quod ad Civitatem, seu oppidum, ubi Judex habitat, quod valde distare solet, accedere debent, absolutionem recepturi, aut ex eo, quod ratione absolutionis ab Excommunicatione, aliqua recipiant salaria, aut recipi patiantur, facultatem quoque Curatis dat absolvendi quascumque Personas ab Excommunicationibus pro rebus furtivis decretis, si eis constiterit de satisfactione partium, tam quoad sortem principalem, quam quoad expensas. Absolutionem autem, si notoria sit Excommunicatio, aut excommunicatus denunciatus fuerit, conferent coram Notario, & testibus, idemque intelligatur ab eis posse fieri ad instantiam partis absolvendo eos, quos pars absolvi consenserit in totum, vel ad reincidentiam.

§. VII.  
*Quid interdicti tempore prohibeatur?*

**N**E Ministri Ecclesiæ, aut aliæ quæcumque Personæ ob ignorantiam efficiant, quod tempore interdicti, aut cessationis a Divinis jure prohibentur, aut cessantibus, qui Parochis circumscripti est,

est, hæc Synodus juxta contenta in capitulo *Alma Mater*, declarat ab eis sequentes regulas observari.

Tx. in cap. Alma Mater de sent. Excommunication. lib. 6.

Tempore Apostolici, seu Ordinarij interdicti, Missa, & alia Divina Officia celebrentur clausis Januis, & ab Ecclesia interdictis, & Excommunicatis exclusis; tantummodoque Clericis non conjugatis admittis.

Ex Sacramentis vero hæc administrantur, videlicet, Baptismus parvulis, & adultis conferatur; Confirmatio omnibus, Pœnitentia sanis, & ægrotis; Eucharistia ægrotis tantummodo cum eadem solemnitate, quæ servatur in tempore, quando non est interdictum; Matrimonij quoque Sacramentum per verba de præsentibus; benedictio tamen nuptialis eo tempore conferri non potest: Extrema-unctio nulli potest tunc ministrari, sepultura vero in loco sacro solum Clericis non conjugatis, qui non fuerint violatores interdicti, concedatur.

In die Nativitatis Domini, Resurrectionis, & Pentecostes, & in Festo Corporis Christi cum octava, & in die Assumptionis Beatæ MARIE, sicut in Litteris Apostolicis Eugenij IV. & Martini V. continetur, interdictum tollatur, dies autem prædicti cum omni solemnitate celebrentur, a primis usque ad secundas Vesperas;

Guadix tit. 3. const. 23. & 24.

TEMPUS CESSATIONIS A DIVINIS.

**T**Empore cessationis a Divinis hæc observentur. Primo cessatione a Divinis stante, eo in loco Divina Officia celebrari non possint in ulla Ecclesia, sed omnino cessent.

Guadix dicta tit. 3. const. 23. & 24. De hac mat. c. 8. fule: Barr: de Medina in sum.



c. 11. & 14. &  
Hieronymi Cu-  
riel, tract. de con-  
fessione a divinis  
pagin. 164. &  
Joannem Gut-  
in-  
99. Canonis c.  
10. Antonii Go-  
mez late in ex-  
positio. Bul. Cru-  
ciate clausul. 5.  
& 6. a n. 20.  
fol. 59. col. 2. &  
post clausulā 11.  
ibi fol. 121.

Secundo, ad Sacram Eucharistiam renovan-  
dam, singulis octo diebus, Sacerdos ( uno adhibito  
Ministro ) secreto poterit Missam celebrare. T

Tertio, quoad horas recitandas, eas singuli so-  
lum recitent, non autem binij privilegiatis exceptis.  
Quarto, quoad Baptismum, tam parvulis, quam  
adultis cum omni solemnitate necessaria conferatur,  
ac si non esset interdictum, nec cessatio a Divinis;  
itidemque fiat de Sacramento Confirmationis.

Quinto, quoad Sacramentum Pœnitentiæ, tam  
ægrois, quam sanis ministretur. Sexto, Eucharistia ad infirmos solemniter, &  
pulsato cymbalo, etiam si Divina Officia non reci-  
tentur, deferri poterit.

Septimo, Extrema-unctio nulli possit Personæ  
conferri.

Octavo, Ecclesiastica sepultura Presbiteris con-  
cedi poterit in Cæmeterio, non intra Ecclesiam.

Nono, Matrimonium per verba de præsent  
contrahi poterit, benedictiones tamen nuptiales ne-  
quaquam dentur.

Decimo, & ultimo, quoad Litteras Apostoli-  
cas, & Privilegia aliquibus concessa, ut his tempori-  
bus Missam audire possint, illi, qui ea obtinent, si tan-  
tum sibi ad tempus interdicti concessa sunt, tempo-  
re cessationis a Divinis, Litteris, & Privilegijs hujus-  
modi ne utantur, & vice versa: obdinentibus tamen  
Litteras, & Privilegia hujusmodi valde commenda-  
tur, ut antequam eis utantur, Viros doctos consu-  
lant, & de Litteris, & Privilegijs hujusmodi inqui-  
rant, ad quæ se extendant, & an per Bullam Crucia-

tæ,

tæ, vel aliter sint revocata, ne formam in eis præ-  
scriptam excedant, & eis, ut decet, sine aliquo con-  
fessionis scrupulo utantur. Item in his locis, ubi in  
privatis domibus Sacrum peragi consuevit, una so-  
lum Missa singulis diebus celebrari possit.

## TITULUS XII.

### De Pœnitentijs, & remissionibus.

#### §. I.

Confessarij qua decet integritate, & prudentia suum  
officium exercent.

**M**AGNI ponderis, & momenti in Ecclesia  
est, toto conatu ad id incumbere, ut ho-  
mines, qui in statu innocentie minime  
perseverantes ab eo cecidere, Sancti Pœnitentiæ Sa-  
cramenti beneficio restituantur, & revocentur. Quia  
vero in hoc ministerio versari non minus difficile,  
quam salutare est, hæc Synodus Confessarios omnes  
exhortatur, & monet, ut sui officij memores, æter-  
nam animarum salutem, quæ sibi commissa est, omni  
christiano zelo procurent, talesque se gerere con-  
tendant, ut alijs beatitudinis januam aperientes, ipsi  
ab ea non excludantur. Quo vero in hoc officio exer-  
cendo melius dirigantur, hæc Decreta proponuntur.

#### §. II.

Nullus Confessiones audiat, qui vel Parochus non sit,  
aut ab Episcopo approbatus.

**N**ullus Sacerdos, sive Secularis, sive Regularis,  
ex quocumque privilegio, aut consuetudine

Oooo

Conc. Trid. Sess.  
14. c. 1. & 6. de  
Sacram. Pœnit.  
Mexic. 1. c. 8.  
Guadix tit. 2. a  
constit. 19. cum  
seq. & Milan. 1.  
p. 2. tit. que per-  
tinent ad Sacra-  
menti Pœnitent.  
administratione.  
Granat. tit. de  
Pœnit. & remis-  
sionib. Synod. de  
Quirog. a const.  
11. Conc. Milan.  
4. p. 2. tit. que  
pertinent ad Sac.  
Pœnitent. Idem  
Milanens. 5. tit.  
qua ad Pœnit.  
Sacram. perti-  
nent. & Sanctus  
Carolus Borro-  
meus in tract. de  
hoc tit. editum,  
quem referi de-



tonius Poffoni-  
nus lib. 3. sua  
Biblioteca sele-  
da c. 23. f. 286.  
\*\*\*

Sess. 23. c. 15.

Mex. 1. c. 9. &  
Gransit. de Pa-  
nit. & remissio-  
nibus n. 4. & 5.  
& Synode Quir.  
const. 1. 2. & Pro-  
vinc. ejusd. ad.  
3. c. 47. & Li-  
mentis 3. ad. 2.  
c. 14.

Et juxta appro-  
bationis ibenore.  
Adversus Sa-  
cerdotes tum Se-  
culares, tum Re-  
gulares in hoc  
sacrilogij deli-  
cto incidit Ex-  
communicat. pa-  
nam infigit. Co-  
cil. 4. Milan. p.  
2. tit. que perti-  
nent ad Sacram.  
Pœnitent. verbo  
Excommunicat.

ad in delictis  
dicit. instans  
dicit. instans  
dicit. instans  
dicit. instans  
dicit. instans  
dicit. instans  
dicit. instans  
dicit. instans  
dicit. instans

Secularium Personarum, etiam Sacerdotum confes-  
siones audire potest, nec idoneus ad id reputari, ni-  
si aut Parochiale beneficium, aut ab Episcopo per  
examen, si illi videbitur esse necessarium, aut alias  
idoneus judicetur, & approbationem obtineat juxta  
præscriptum Concilij Tridentini, cujus autoritatem  
sequuta hæc Synodus, omnibus hujus Provinciæ Sa-  
cerdotibus, tam Secularibus, quam Regularibus ju-  
bet, ut sine approbatione, & facultate Diœcesani Sa-  
cramentum Pœnitentiæ ne administrent, aliter Con-  
fessiones factas irritas declarat, & pœnitentes a pec-  
catis non esse absolutos, ac præterea hi, qui secus, ut  
dictum est, Confessiones audierint, pro qualitate deli-  
cti, & sacrilegij, hac in re commissi, punientur. Ii-  
dem declarat hæc Synodus illos Confessarios, quibus  
Episcopus limitatam facultatem ad certos Persona-  
rum status concesserit, reputari idoneos non debere,  
ad aliarum Personarum Confessiones audiendas. Nec  
per Bullam Cruciatæ eligi possunt in Confessarios  
ab alijs, quam ab hujusmodi Personis. Confessiones  
vero, si quas audierint, facultatem, & approbationem  
suam excedentes, irritæ sunt, & nullæ.

§. III.

Confessarij ab Episcopo approbati, eo vita functo, appro-  
bati adhuc censentur, donec facultas revocetur.

**A**D tollendas difficultates, quæ oriri possunt, de-  
clarat hæc Synodus, Confessarios omnes ex li-  
centia Episcopi expositos, si is obierit, in eadem fa-  
cultate, & autoritate remanere, donec a Sede vacan-  
te, aut ab Episcopo successore facultas hujusmodi re-  
vocetur, aut limitetur.

§. IV.

§. IV.

Nilil a Confessario Confessionis causa, aut prætextu  
recipiatur.

**Q**UO vero libere, & integrè Confessarius conve-  
nientem medicinam culpæ morbis afferre  
possit, nulloque affectu, quominus id præstet, impe-  
diatur, præcipit hæc Synodus, & interdicit, ne ullus  
Confessarius quidquam a pœnitente accipiat, cum is  
ad sua peccata confitendum accedit, vel statim post-  
quam ea confessus est, ita ut ejus rei causa dari in-  
telligatur, sub pœna Excommunicationis latæ sen-  
tentiæ. Ac præterea teneatur in foro conscientie  
restituere id, quod hac de causa accepit fabricæ ejus  
Ecclesiæ, in qua Confessiones audit. Si vero primo  
de hoc delicto convictus fuerit, ab hujusmodi offi-  
cio per annum suspendetur, si secundo, per duos  
annos, si tertio, ad audiendas Confessiones in perpetuum  
inhabilis reddetur, & a beneficio, si illud ob-  
tinet, privabitur, si vero non, tamdiu exul erit, quam-  
diu Episcopo videbitur.

§. V.

Ne Confessiones dimidientur ab his, qui Indorum  
linguam non callent.

**Q**UONIAM vero multi Curati, & Confessarij In-  
dorum, vel ob imperitiam linguæ pœnitenti-  
um, vel ob alias causas, aliquod, vel aliqua pecca-  
ta tantummodo audiunt, ut inde materia ad absol-  
vendum sibi suppeditetur, Confessionem dimidian-  
tes, graveque delictum contra integritatem hujusmo-  
di Confessionis committentes, hæc Synodus statuit, ac

Oooo 2

præ;

Prov. de Quir.  
ad. 3. c. 27. ju-  
vas Guad. tit. 2.  
const. 3. & Gra-  
nat. tit. de Pœ-  
nit. & remissio-  
nibus n. 12. Con-  
cil. Milan. 3. fol.  
591. verb. si pœ-  
nitentibus, & 4.  
titul. qua perti-  
nent ad Sacram.  
Pœnitent. verbo  
demonstret, & Sy-  
nod. de Osma tit.  
3. const. 1. §. 8.

Conc. Trid. Sess.  
14. c. 5. de cen-  
satione



præcipit, ne in posterum, præterquam in mortis articulo ullus Sacerdos ante quemquam absolvat, quam integre a poenitente audierit, & intellexerit omne id, quod opus est, ut integre confiteatur. Quod si aliquid ad poenitentiam substantiam necessarium, a poenitente intelligere non possit, eum ad alium Sacerdotem in ea lingua peritorem remittat. Si vero secus fecerit, pro gravitate delicti punietur.

## §. VI.

*Confessionalia in Ecclesijs collocentur, & qualia?*

*Ita sanxisset Gregor. XIII. notat Zenedo ad 6. lib. decretalium col. la. 11. num. 5. Guadix tit. 2. conf. 30. Milanense 1. p. 2. tit. que pertinet ad Sacram. Poenit. administratione verbo Sacerdotes. Gran. tit. de Poenit. & remissionib. n. 18. & Synod. de Quir. conf. 15. & Provinc. ejusdem ad. 3. c. 28. & Limentense 3. ad. 2. c. 18. & Synod. de Osm. tit. 3. conf. 1. §. 6. Mex. 1. c. 59. §. 2. & Mex. 2. c. 8. & Granat. tit. de Poenit. & remission. n. 17.*

**A**equum est, ut hoc Sacramentum, quæ medicina peccatorum est, ita decenter administraretur, ut omnis ab eo peccandi occasio abhorreat. Quare præcipit hæc Synodus, ut in Ecclesijs sedes constituantur, ad mulierum Confessiones audiendas; ita ut inter confitentem, & Confessorem tabella interjecta sit cum foraminibus, seu Clathris, per quos Confessiones audiantur. Sedesque hujusmodi ad confitendum ita pateant, ut tam poenitens, quam Confessor conspiciantur. In Hospitalibus vero, aut Eremitarijs mulierum Confessiones ne audiantur, nisi in sede, ut præmissum est, constituta id fiat; nec sine causa necessaria in privatis ædibus Confessiones audiantur.

## §. VII.

*Pij V. constitutio circa Medicos, & Ægros observetur.*

**S**ÆPE evenit ex eo, quod infirmus ægritudinis suæ periculi non admonetur, & ad confitendum peccata incitatur, dum sibi constans est, eundem

po-

postea ægritudine urgente, absque peccatorum Confessione mori, & æterno forsam supplicio damnari. Quare juxta motum proprium felicis recordationis Pij Papæ V. hæc Synodus statuit, ac præcipit, omnibus Medicis, qui ad curandum infirmum jam in lecto jacentem, fuerint vocati, ut eum primum admonerent, quatenus peccata sua confiteatur, quibus, si per schedam confessorij non confiterit, ab infirmo id præstitum esse, amplius quam tres dies infirmum ne visitent. Quod si secus fecerint, penas in motu proprio prædicto contentas incurrant, videlicet perpetuam infamiam, privationem gradus, quem in Medicina facultate obtinent, exclusionem a congregatione Doctorum, & eorum, qui in Universitatibus honoris gradu insigniti sunt. Ac præterea decem pondo persolvant, fabricæ ejus Ecclesiæ, in qua infirmus commoratur. Idem etiam Chirurgis injungitur, & eorum conscientiam imponitur, ne saluti corporis prospicientes, aliquid contra salutem animæ consulant, aut præcipiant. Ne vero eorum, quæ in motu proprio hujusmodi præcipiuntur, ignorantia præsumatur, jubet hæc Synodus, ut in omnibus Cathedralibus Ecclesijs hujus Archiepiscopatus, & Provinciæ quotannis initio Quadragesimæ is publicetur.

## §. VIII.

*Confessarij omnes directorium habeant a Synodo hæc editum, & approbatum. Examinatores item juxta illud examinandos interrogent.*

**Q**uoniam vero hæc Synodus, ut sufficienti Doctrina confessarios instrueret, & eorum, quæ ad

*Mot. prop. Pij V. conf. 3. & Greg. XIII. conf. 72. fol. 33. in Bullario Apost. de quo consule Possessionum in Biblioth. fol. 14. lib. 1. c. 2. fol. 153. & Zenedo ad Decret. col. 107. & col. 163. fol. 303. Cum dictis motibus prop. Pij V. et Greg. XIII. loquitur lex Reg. 5. tit. 16. lib. 3. recopil.*

*Mex. 1. c. 10. Milan. 1. p. 2. tit. que pertinet ad Sacram. Poenit. administr. verbo jubemus, Synod. de Quir. conf. 17. & Limentense 3. ad. 3. c. 39. & Conc. Milan. 2. lib. 1. Decreto 17. & Milan. 3. f. 591. verbo gravissima, & Milan. 4. tit. que pertinet ad Sacram. Poenitent. verbo Medici quicumque, & Synod. de Osm. tit. 3. conf. 1. §. 12. & Synod. Burgen. tit. de Poenit. & remission. c. 9.*

Pppp

ad



ad suum officium pertinent; admoneret: præsertim vero in casibus, & difficultatibus quibusdam specialibus in hoc Archiepiscopatu, & Provincia occurrentibus, cupiensque Fidelium poenitentium necessitati occurrere, directorium Confessorum, & poenitentium constituit, & approbavit: eam ob causam statuit, ac jubet, ut Curati omnes hujus Provinciae, tam Seculares, quam Regulares, & quicumque Sacerdotes, qui Confessiones sunt audituri, directorium hujusmodi secum habere teneantur, ejusque formam observent, aliter, qui illud non habuerit, & ad aliquod beneficium concurrat, ab eo concursu excludatur, donec directorium habeat; Beneficiati vero illud non habentes, a suis beneficijs suspendantur, quousque hujusmodi directorium sibi comparent, & perlegant; nemo autem ad majores Ordines admittatur, nisi prius confiterit revera penes se habere directorium hujusmodi, ad cujus præscriptum examinari debet. Examinatoribus vero præcipitur, & eorum conscientiae injungitur, ut sine ulla exceptione (omni humano affectu posthabito) Decretum hujusmodi observent, & executioni mandent, tam quoad examen ad Ordines, facultatem celebrandi, & Confessiones audiendi, quam quoad concursum beneficiorum.

## §. IX.

*Quæ peccata, vel Excommunicationes referentur.*

**S**emper in Ecclesia Catholica viguit consuetudo, qua atrociora quædam, & graviora crimina Episcopis referentur, ut difficultate absolutionis, ea sub-

di-

diti perpetrare formident: Quam ob causam Sanctum Tridentinum Concilium decernit hanc casuum reservationem maxime convenire, & Episcopos in sua Diocesi posse casus reservare, cujus autoritatem sequuta hæc Synodus, declarat in hoc Archiepiscopatu, & Provincia, hos esse casus Episcopis reservados, a quibus nullus absolvat, nisi ei ab Episcopo facultas permessa sit.

## CASUS EPISCOPIS RESERVATI.

- I. In primis homicidium voluntarium, aut abortum cum effectu procurare.
- II. Qui circulis Dæmones cõcerent, ut cum eis loquantur.
- III. Qui ad Magicas artes, veneficia, superstitiones, & alia hujus generis Eucharistia, Oleo Sancto, Lapidibus, aut Altaribus, Sacrisve rebus abutuntur.
- IV. Qui sacrilegium commiserit, aut Ecclesiam violaverit.
- V. Qui in damnum proximi pejeraverit.
- VI. Qui Excommunicationem ab Episcopo, Superioreve, aut Judicibus Ecclesiasticis decretam incurrerint, excepta Excommunicatione pro rebus furtivis, quam incurrentes post satisfactionem parti factam, a Curatis, & Rectoribus absolvi poterunt.
- VII. Qui Matrimonio conjuncti altero conjugé in Hispania relicto in his partibus quinque annis amplius commorantur.
- VIII. Qui Matrimonium Clandestinum contrahe-re attentabunt, & tam Seculares, quam Regulares, qui in eo intervenierint.

Pppp2

IX.

*Est esse directorio aprobado por su Santidad conforme a este Decreto, y en los demas Decretos donde se habla de él.*

*Sess. 14. c. 7. & Canon. 11. Mexic. 1. c. 91. Milan. 1. p. 2. tit. que pertinet ad Sacram. poenitentia administrationem verbo ab eorum etiam criminum, & Granatense ubi supra, & Sínodal de Quiros consl. 23.*



IX. qui solutionem Decimarum, aut Primitiarum, verbo, consilio, aut opere prohibuerint.

X. Qui publice blasphemaverint.

XI. Qui incestum, Matrimonium dirimens admitterint.

XII. Sodomiam, aut bestialitatem committentes.

XIII. Qui scripturas in præjudicium proximi depravaverint.

XIV. Incendiarii, qui scienter, & ex industria incendium admittunt, si adhuc publicati non fuerint, quandoquidem post publicationem absolutio reservata est Sanctissimo Domino Nostro Papæ.

EXCOMMUNICATIONES QUOQUE LATÆ SENTENTIÆ AB HAC SYNODO STATUTÆ, QUARUM ABSOLUTIO EPISCOPO RESERVATUR, SUNT HÆ.

I. **Q**UI iubent, aut consentiunt Tauro- rum cursus in Cæmeterijs.

II. Qui Ecclesias obsident, earum januas claudunt, & ingressum impediunt.

III. Qui pro Reliquijs Sanctorum pretium recipiunt.

IV. Hispani, qui liberum Indorum, & servorum consensum ad Matrimonium impediunt.

V. Qui in concubinato cum consanguinea intra quartum gradum, aut cum infideli vivunt.

VI. Examinatores, qui suffragium, quod secreto tulerunt, revelant.

VII. Qui Clericis peregrinis, testimonium non deferentibus, necessaria ad Missam celebrandum tribuunt.

buunt, Judices etiam, qui eis licentiam concedunt, testimonijs prædictis minime recognitis.

VIII. Clericus, qui ex sua regione sine facultate discesserit.

IX. Qui aliqua Christianæ Doctrinæ documenta in suam linguam conversa Indis, sine Ordinarij facultate dederint.

X. Qui Libros sine licentia imprimunt.

XI. Qui Decimarum exactionem impediunt.

XII. Qui bona alicujus Capellæ, absque eo quod locentur, aut aliter in utilitatem Capellæ exercentur, in depositum dant.

XIII. Seculares, qui dum Divina celebrantur Officia, intra Chori cancellos ingrediuntur, contra id, quod titulo de celebratione Missarum prohibetur.

XIV. Qui Matrimonium per verba de præsentibus contrahere attentant sine Parocho, & Testibus, & qui in hujusmodi contractu intervenerint.

Hæc, quæ Libris quinque certis titulis distinctis, statuta, decreta, atque sancita continentur, Provincialis Mexicana Synodus, ut publicum in perpetuum monumentum extet; subscribi, & sigillo in forma communiri mandavit, Mexici Die decima sexta Octobris, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo octuagesimo quinto.

P. Archiepiscopus Mexicanus. F. Garcia Episcopus Guatimalensis.  
Fr. Joannes Episcopus Mechoa. D. Episcopus Tlaxcalensis.  
canensis.  
F. Gregorius Episc. Tucatanensis. Fr. Dominicus Nova Gallitiæ Episc.  
Fr. B. Episcopus Antequerenfis.

In veritatis Testimonium meum nomen subscripsi.

Dr. Joannes de Salzedo. Sec.


Qppp

NOS



**N**OS Antonius tituli SS. Joannis, & Pauli Presbyter Cardinalis Carrasa fidem facimus, & attestamur Synodum Provinciale[m] a Reverendissimo D. Archiepiscopo Mexicano, cum suis Comprovincialibus Episcopis anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo quinto celebratam, a Sacra Congregatione Cardinalium Concilio Tridentino interpretando autoritate Sanctissimi Domini nostri prepositorum emendatam, atque aptatam fuisse. Eiusque Synodi originale apud ipsam Congregationem remansisse, cum quo presens Synodus hoc libro chartarum centum viginti septem, quarum prima incipit, in nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti; ultima vero desinit Doctor Joannes de Salzedo Secretarius, descripta, & collata, in omnibus, & per omnia concordat. In quorum Fidem his propria manu subscripsimus, & ab infra scripto Secretario item subscribi, sigillumque nostrum, quo in Congregationis prædictæ litteris, & scripturis obfignandis utimur, apponi mandavimus. Romæ die vigesimo septimo Octobris millesimo quingentesimo octuagesimo nono. Ita est. A. Card. Carrasa. Laurentius Frizolius Sacræ Congregationis antedictæ Secretarius de mandato.

*Et est signatum Sigillo Illustrissimi D. Cardinalis Carrasa.*

 *Locus Sigilli Illustriss. C. Carrasa.*

IN-

## INDEX

## TITULORUM, ET DECRETORUM;

quæ subsunt cuilibet hujus Concilij Libro.

## SUB LIBRO PRIMO.

<b>D</b> E Summa Trinitate, & Fide Catholica. Titulus I.	Pag. 2.
De Fidei professione.	Ibidem.
De Prædicatione Verbi Dei.	P. 3.
De Doctrina Christiana rudibus tradenda.	P. 7.
De Sacramentis Doctrinæ Christianæ ignavis non administrandis.	P. 12.
De Impresione, & lectione Librorum.	P. 13.
De Impedimentis propriæ salutis, ab Indis removendis.	P. 15.
De Constitutionibus Titulus II.	P. 18.
De Autoritate Decretorum, & publicatione eorum.	Ibidem.
De Rescriptis. Titulus III.	P. 22.
De Obedientia, & executione rescriptis Apostolicis debita.	Ibidem.
De Ætate, & qualitate ordinandorum, & perficiendorum.	P. 25.
Titulus IV.	P. 25.
De Scientia ad Sacros Ordines, & Curam animarum necessaria.	Ibidem.
De Vita, fama, & moribus ordinandorum.	P. 29.
De Titulo Beneficij, aut Patrimonij.	P. 31.
De Modo conferendi Ordines, & Litteras dimissorias.	P. 33.
De Examine Ordinibus præmittendo.	P. 35.
De Sacramentorum Ecclesie administratione. Titulus V.	P. 38.
De Sacra Unctione. Titulus VI.	P. 39.
De Clericis peregrinis. Titulus VII.	P. 44.
De Officio Judicis Ordinarij & Vicarij. Titulus VIII.	P. 45.

Q999 2

De